

Franckesche Stiftungen zu Halle

Primae Lineae Didactices Scholasticae In Vsum Praelectionvm Dvctae

Dommerich, Johann Christoph

VWolfenbvttelae, 1762

VD18 12875910

Caput I De Futuri Praeceptoris Naturae Dotibus

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



C A P V T I

D E

F V T V R I P R A E C E P T O R I S
N A T V R A E D O T I B V S



S.

I. libuit multo mihi
Scholaisticae iuuentutis studiis for-
mandis praefici aliquando qui
cipiunt, quibusdam a natura
dotibus, quas hoc capite pertra-
ctare animus est, debent esse instructi.
Tanta enim cum sit naturae munera di-
uersitas, quanta in vitae ratione conspicitur;
facilis inde fit coniectura, eum, qui
vitae aliquam vult ingredi rationem, antea
se explorare debere, num iis, quas ista
vitae ratio postulat, sit praeditus dotibus.

C 3

Quod



Quod in scholaſtici muneriſ dilectu eo ma-
gis neceſſarium, quo maiora inde profluunt
damna, ſi quis, ab hiſ dotibus imparatus,
iſto offiſio fungi voluerit.

§. II.

Quae ſui exploratio ut eo procedat felicior,
age, perlustremus, quibus naturae muneri-
bus inſtructus eſſe debeat futurus ſcholae
praeceptor. Is cum animo conſtet et cor-
pore, quorum ille prium iure locum occu-
pat: cum vtriusque partis dotes inueſtigan-
dae ſunt, ab animi natura, qualis in futuro
bono praeceptore eſſe debeat, incipiamus.
Quae generatiſ de animi viriſ, quales
in litterarum ſtudioſo communes eſſe de-
bent, docentur: ſtudio hic praetermittimus,
cum ea tantum tractanda ſint, quibus prae-
cipuis futurus ſcholae doctor carere neque-
at. Praeterea, cum de eius moribuſ inſra fu-
ſius diſputandum ſit, hic ea tantum, quae co-
gnitionem, eiusque facultatem propius at-
tingunt, conſideranda ſunt. Haec ſub *εὐμα-
θείᾳ* nomine comprehendi vniuersim ſolent,
quae eſt cognitionis facultas ad disciplinas
diſcendas ac docendas apta, ac bono inge-
nio, praeſtantiori iudicio, atque excellenti
memoria absoluitur.

§. III.

§. III.

Bonum ingenium (*ingenium strictiori quadam significatione, εὐφυία*) positum est in percipiendo facile res oblatas, nouas inde ideas eliciendo, atque utrasque cum facilis quadam amoenitate proponendo. Primum igitur, quod in ingenio conspicitur, est illa in apprehendendo velocitas, futuro praceptor, si cui umquam maxime necessaria, ut parum accurate prolatus discipulorum sermones statim intelligat, errorum, quibus aegre carent, caussas cognoscat, illorumque sensa ac cogitationes ante perspiciat, quam prolata fuerint, quo magnam sibi prudenteriae opinionem conciliabit.

§. III.

Alacritas quedam perniciasque in excogitando aequa necessaria est in futuro bono praceptor. Quoties res aliqua exemplis est declaranda, quoties, requirente discipulo, rei alicuius ratio, de qua ante non cogitauerat, reddenda, quoties ad obiectionem est respondendum? Neque poetica, neque oratoria facultas illa excogitandi celeritate carere potest. Si discipulorum commentationes, seu vorsa oratione seu prorsa scriptae, emen-

C 4 dandae



dandae sint, tarditate fibi contemptum contrahet. In priuata praesertim institutione, vbi quavis data occasione de litteris et moribus quid proferendum est, haec facultas perutilis est.

§. V.

Laeta vero illa et profluens orationis libertas, quae tertiam ingenii dotem efficit, abesse a futuro praceptorum omnino non potest. Ut poesin et artem oratoriam tacceamus, nulla nec ars nec disciplina traditum fructu, iunioribus praesertim, potest, nisi felix orationis copia eam cum voluptate quadam animis instillet. Et qui ferent iuvenes impeditum, taediique plenum praceptoris sermonem?

§. VI.

Deinde *praefantiori iudicandi facultate*, (*εὐσυνεργασία* appellat Aristoteles) polleatis, qui scholis operam suam nauare cogitat. Iudicamus autem et verum a falso discernentes, et a malo bonum separantes. Iudicia, quibus verum, falsumque contemplamur, *theoretica*, ista vero, quae quid agendum, quid omittendum sit, definiunt, *practica* dici solent. Iстis opus habet praceptor, tum

vt

vt ipse a falso verum discernere possit, atque adeo distinctas de rebus ideas et formare sibi, et in aliis producere queat, tum ut perspicuitati seruiat, cuius unicus fere fons est, ut discriminat omnia, et distincte, confuse vero atque inordinate nihil, proponantur. Practicum autem eius iudicium requiritur, tum ut ingenia illorum, qui docendi sunt, accurate cognoscatur et discernatur, tum ad peruidendum, quid pro status ac conditionis discrimine in docendo facto opus sit, tum in poenis tempestiue et modice infligendis, tum ut quae sint in quaque disciplina, et discipulorum cuique faciliora, quae difficiliora, perspiciat, tum denique ut mores cuique et loco et tempori attemperet. His denique omnis absolvitur, praceptor tam necessaria, prudentia scholastica.

§. VII.

Tertio loco *robusta et tenaci* praceptor memoria gaudeat, quia linguarum plurium et historiae cognitio ab illo requiritur, in quibus addiscendis memoria vtramque facit paginam, saepiusque a discipulis quaestiones mouentur, quibus sine illa respondere non poterit. Absque fida quoque memoria facile discipulis ignorantiae suspicionem moue-



bit, qua nihil praceptor est perniciosius.
Ut igitur futurus praceptor memoriam suam confirmet, crebra exercitatione atque vsu efficiet: mature vero hanc optimam, memoriam confirmandi, rationem ingrediatur.

§. VIII.

Praeter istam *εὐμαίθειαν* §. II. ad animi naturam in futuro praceptor non incommodum refertur naturae quidam quasi instinctus, impetus aut impulsus, quo ad hoc vitae, studiorumque genus fertur. Pro munerum enim diuersitate haec animi propensio in hominibus quoque differt, quae dei maxima in fingendis hominibus est sapientia. Excitatur ista tum summae utilitatis, quae ex hoc vitae genere redundat, contemplatione, tum litterarum, quas tractat, dulcedine et delectatione. Alitur vero et augetur, si ipsis naturae dotibus nos esse instructos, experimur, quae prae aliis nos huic vitae generi aptos reddunt. Prima vero huius propensionis et impulsus quasi origo vel ab educatione nostra, vel ab aliis rebus externis dependet, vel denique divini quid est, ab optimo hominum artifice nobis insiti: cui si pru-

prudenter obtemperamus, partes, quibus a summo rerum humanarum arbitro destinati sumus, optime expediemus.

§. VIII.

Quod ad corporis attinet habitum, praecipua eius dos est sanitas, fine qua continua scholae laboribus herculeis vix sustinendis par erit. Quo magis igitur illa futuro praeeceptorri necessaria est, eo diligentius tuenda, nec nimio atque immoderato litterarum amore, aut animi vehementioribus perturbationibus infringenda. Nec facile praeficiendi iuuenili aetati homines, insigni aliquo corporis vitio notabiles, nisi illud egregiis animi muneribus pensetur. Linguae in primis vitio careant, auctoritatem quoque aliquam et verecundiam illis conciliabit iustae statura modus. Quae omnia eo magis attendenda sunt, quo saepius in muneris scholastici contemtum negliguntur.

